



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 116. Genua a Fœderatis occupata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sscal. XVI.** cedebant, urbemque Cremonensem cin-

A. C. 1522.

gebant. Illius Præfecturam Pontdor-

**Mem. du** mius jam antea Lescuno , qui cum Jo-

**Bellai l. 2.** anne Medicæo eo advenerat , cedere

**Guicc. l. 24.** compellebatur , nec tamen ejus præsen-

tia profuit , quominus Fœderati tanto

impetu mœnia quaterent , ut Marescal-

Ius pacisci compelleretur , se urbis de-

ditionem facturum , nisi Galli infra tri-

mestre , vel juxta Guicciardinum , in-

**Mezerai'ab-** tra quadraginta dies suppetias ferrent,

**rege chron.** quibus nullatenus submissis ditionis

**tom. 4. p. 272.** pacta executioni dabantur. Tandem

nequid malorum cumulo deesset , hostis

quoque Aronam occupavit , unacum pe-

cuniis ex Francia transmisit , ibidem-

que asservatis. Insuper Veneti toti in

eo erant , ut relicts Gallorum studiis in

gratiā Cæsarī redirent.

### §. CXVI.

#### *Genua a Fœderatis occupata.*

**C**um igitur Lautrecus nonnisi quadrin-  
gentos Lancearios , & Vasconum  
peditum nonnullos in suo exercitu nu-  
meraret , reliquam Mediolanensis Duca-  
tus partem , quæ Gallis supererat , con-  
servandi spem penitus abjecit , atque in  
hisce angustiis prehensus consilium ce-  
pit , ut nonnisi duobus domesticis stipi-  
tus in Franciam rediret , atque a nemи-

ne

ne cognitus sub alieno habitu per Hel- Sæcul. XVI.  
 vetiorum pagos transiret. Ergo Fratri A.C. 1522.  
 suo Lescuno exigui hujus exercitus Im-  
 perium reliquit, cum vero Mediola-  
 nensis & Novarrensis arces, necnon  
 Cremonensis civitas nondum subactæ ef-  
 fent, earum Gubernatores etiam atque  
 etiam obsecrabat, ut Gallici nominis glo-  
 riam tuerentur. Verum necdum iter ag-  
 grediebatur, cum jamjam fatalis defertur  
 nuncius, Genuam a Prospere Columnæ  
 exercitu fuisse captam. Urbs hæc eo  
 tempore extero Imperio haud subjecta  
 Octaviano Fregosio Duci suo parebat:  
 hic vero Gallorum partibus penitus ad-  
 dictus erat, nihilominus tamen Franci-  
 scus Rex Petrum Navarrum cum vali-  
 do Præsidio urbi præfecit.

Ast Cæsarei Genuam, quæ tamen *Rayn. ann.*  
 maritima ex parte ad Longobardiam a- 1522. n. 14.  
 ditum præbebat, Carolo Imperatori non-  
 dum esse subjectam, ægerrime ferentes,  
 Fregosum Ducem stimulabant, ut ad  
 Gallos urbe pellendos populum conci-  
 taret, facta eisdem pollicitatione, libe-  
 rum in Franciam redeundi commeatum  
 cunctis concedendum. Annuisset lu-  
 benti prorsus animo Fregosius, verum  
 id ei haud amplius integrum erat, eo-  
 quod eodem tempore Petrus de Navar-  
 ra cum duabus triremibus ac ducentis

ellen

N 2

circi-

**Sæcul. XVI** circiter Gallis portum intrasset. Nihil  
**A.C. 1522.** tamen horum adventus profecerat, quippe Benedictus Vivaldus, quem Piscarius miserat, adhucdum cum Duce colloquebatur, cum nonnulli Hispani milites quibusdam agminibus uniti dirutam murum partem, quæ ob induciarum fiduciæ haud custodita erat, animadverentes subito patefactam ruinam occuparent, murumque transcenderent, festive conclamantes: Victoria! Victoria! mox aliis insequentibus, urbs assaltu capta, ac prædantium licentiæ relicta est. Tanta erat spolii aviditas, ut ne ipsis quidem Ecclesiis reverentia haberetur, & solum in hoc a Columna & Piscario Victorum rabies cohibita esset, ut saltem fæminarum corporibus vis ac libido parceret, nec Genuensium ullus offendetur, ceterum omnes, quotquot fors casusque in manus dabat, Gallos promiscuo interitu delebant, aut saltem captivos abstrahebant. Dux quoque Fregosiis comprehensus, ac munere suo exutus in Insula Ænaria includebatur, cui dein ibidem fatis functo Hieronymus Adornius suffectus est.

### §. CXVII.

*Franciscus Rex ob hanc jacturam vehementer afflictus.*

Postrema hæc clades paucas Mediolanensis